



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Premium ex fidejussione? parag. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

§. III.

Prorogatio termini solutionis.

1. Inquires Secundo. Si Creditor prorogar Debitori terminum solutionis, remaneat ne Fideijussor liber à sua fideijusione?

Respondeo, cum necessaria distinctione. si enim Fideijussor se obligavit ad annum v. g. liber remanebit, quia obligatio non se extendit ultra partium conventionem. Nota, sicuti, qui fideijussit pro capitali, non intelligitur fideijussile pro interesse, ita qui pro uno tempore, non intelligitur pro alio. At vero, si Fideijussor se obligavit, absolutè nullum de-

a Azor. 3. terminando tempus, non remanebit a liber, p.l. 11. ca. quia indefinita fuit obligatio. Addit Mant. 22. du. 12. ca., b tempus in dubio censeti appossum ad Silv. V. Fi- limitandam obligationem ex l. Item quæri deijsor turs. Qui impleto ff. locati, & conducti,

qu. 14.

b Mant. de zacitis, & ambiguis obligatio- nibus.

1. Inquires Tertio. An ex obligatione, quam subit Fideijussor, possit accipere pretium, seu mercedem à Debitore, in cuius favorem fidejuberet?

Respondeo. Si ad sit periculum solvendi fiducionem, certum est, posse proportionatum quid accipere, quia sic fidejubere, est pretio estimabile, ut ex se patet: & quamvis deinde Fideijussor nihil damni senserit potest tamen illud accipere, quia non accipit pro damno, sed pro periculo.

2. Quid autem, si nullum prorsus est periculum, nulla molestia, nulla incommoditas, ut si Fideijussori certum sit, nullum ipsi ex fiducione damnum eventurum, poterit ne aliquid accipere?

c Azor. 10. Respondere, adhuc e posse aliquid por- ci. dub. 5. portionatum experti viri arbitrio mensu- Bonac. l.c. randum. Ratio est, quia adhuc illam obli- 22. 12. alios gationem, quamvis sine incommodo efferens suscipere, est pretio estimabile, il- lamque gratis assumere ne- mo tenetur.

§. IV.

Fretum ex Fideijusione.

§. V.

Quis possit fidejubere.

1. Inquires Quarto, Quinam possunt fidejubere?

Respondeo, qui bona habent, vel corum liberam administrationem. Hinc Pauperes, Pupilli, filii familias nou habentes peculium Castrense, vel quasi Castrense, Religiosi à fidejubendi munere repelluntur.

2. Repelluntur etiam Clerici à fidejubendo pro Laicis, licet teneat fidejussio, si fidejubent. *Cap. ultimo de fidejussionibus.* Immo usi jam receptum videtur, d' saltē raro d' Loff. 11 possit eos fidejubere etiam Laicis, modo id facient de suo patrimonio, vel fructibus sui beneficii sine damno Ecclesie, & sine periculo, p. 1. ut depauperentur.

3. Repellitur item mulier, quæ invalidè fidejuberet pro viro: validè tamen pro filiis, sed cum quibusdam solennitatibus, id est cum instrumento publico, adhibitis testibus tribus cum subscriptione. Verum ipsa eadem potest eam fidejussionem rescindere (si voluerit uti privilegio Senatus Consulti Vellejanii, sed autem sententia executionem) & tunc ipsa ad nihil obligabitur etiam in con-

e Delap.

d 32. 14.

4. Excipiuntur autem aliqui causis, in *Loff. 11.* quibus mulier fidejubens uti hoc Vellejanio privilegio non valer. Primo, si pretio conducta fidejussit. Secundo, si huic privilegio renuntiavit coram Magistratu, vel cum jureamento, nam cum hoc privilegium in ipsius favorem peculiarem concessum sit, renuntiare illi poterit. Tertio, si fidejussit pro domine, vel pro suo Creditore, vel pro libertate servi. Quarto, si fidejussit in fraudem. f. Mol. 10. Quinto, si post annum a fidejussione pignus dedit, bellum aut obligationem iterum suscepit. Quæ Loff. Go- omnia pluribus tractata videtur mez. Ang.

possunt apud Do- / stores. f.

§. VI. Quan-